"FILZA" 8 n 36

~~N°. 61~~
~~A.B.C.D~~

G

18 Dic. 1428

~~1448~~
~~15 Aprile~~

Patti e privilegi concessi dalla Chiesa
Romana a C.ª di Castello

Copia

Hec est Copia sive exemplum quorundam capitulorum concessorum per sanctam matrem ecclesiam et infrascriptos summos Pontifices Comunitati Civitatis Castelli extracte et copiate ex quodam libro cartarum bombicinarum existente in archivio dicti comunis publico et autentico per spectabilem et egregium virum ser Baptistam ser Angeli tunc temporis Cancellarium dicti Comunis et recopiate hic per me Lactantium ser Blasii vicecancellarium prefati comunis deputatum per ser Smitem de Vitellis verum scribam comunis prefati prout inveni nihil addens vel minuens quod variet sive mutet intellectum nisi forte litera vel sillaba sive punctum per errorem quorum quidem capitulorum tenor est ut infra sequitur.

In Christi nomine Amen. In infrascriptis describentur rescripte et singule gratie capitula et privilegia Brevia et indulta concessa et concessa Comuni et populo Civitatis Castelli per summos Pontifices Vz S. D. [mu] Papam Martinum Quintum Dominum Eugenium Quartum et presentem Dominum Nicolaum Papam quintum recepte et registrate per me Baptistam ser Angeli notarium publicum et Cancellarium Comunis dicte Civitatis in archivio sive Cancellaria Comunis in quodam libro cartarum bombicinarum ibidem existente publico et autentico sub annis mensibus et diebus date earum et eorum que post infrascriptorum in serius apparebit copiate et copiate per me eundem Baptistam de dicto libro et archivio die xv mensis aprilis MCCCCXLVIII Indictione xi tempore S. in Christo patris et domini nostri domini Nicolai pape quinti die adue prout ibi reperi.

1v

n°61-A

36.1)

1424

Hec est copia capitulorum et gratiarum concessarum per capitula infrascripta comuni et populo Civitatis Castelli per Sanctissimum in Christo patrem et Dominum nostrum Dominum Martinum divina providentia papam quintum suum per spectabilem virum Antonium Cincium de Roma Comissarium dicti domini Martini pape sub anno domini a nativitate millesimo cccc xxviij° Indictione vj. die xviij mensis decembris inita et firmata dicta die inter dictum Antonium Cincium nomine dicti domini Pape et spectabiles viros dominum Honofrium de Virilibus Angelum ser Cervoni Dominum Jacobum Nicolai et Sinibaldum Christiani oratores et sindicos ac procuratores dicti comunis nomine ipsius comunis rogata scripta et publicata et in publicam formam reperta in archivio ipsius comunis dicte Civitatis manu ser Antonii Angeli de Spoleto notarii publici hiis verbis videlicet

Et primo prefati Sindici Procuratores et Oratores comunis promiserunt prefato Magnifico viro Antonio Cincio Comissario predicto presenti stipulanti et recipienti vice et nomine prefati domini nostri pape quod Priores populi Cives comune populus et homines ipsius Civitatis Castelli dabunt et assignabunt in festo Nativitatis Domini nostri Iesu Christi proxime futuro prefato Antonio Cincio comissario nomine quo supra recipienti plenariam possessionem dicte Civitatis comitatus fortie et districtus libere et expedite absque aliqua contradictione Et quod homines dicte Civitatis comitatus et districtus erunt fideles et obedientes prefato Sanctissimo Domino nostro similiter matri ecclesie et aliis summis pontificibus canonice intrantibus Et promiserunt dicti Sindici dictis nominibus dicto Antonio Cincio quod dicti domini Priores Comune Cives et populus dicte Civitatis assignabunt dicto Magnifico Cincio possessionem castri ... Cellis Comitatus dicte Civitatis Et per converso prefatus Magnificus Vir Antonius Cincius comissarius nomine quo supra promisit dictis Sindicis et Ambasiatoribus presentibus et stipulantibus nominibus quibus supra quod Sanctissimus Dominus Noster constituet et faciet Reverendissimum in Christo patrem et Dominum Dominum Gasparem de Columna archiepiscopum ... in gubernatorem ipsius Civitatis comitatus fortie et districtus qui associatus ambasiatoribus dicte Civitatis

debeat accedere ad dictam Civitatem nec ex inde possit revocari absque voluntate dicte Communitatis

Item promisit dictus Dominus Commissarius dictis Sindicis ut supra stipulantibus quod S.mus D. N.
faciet Communitati et hominibus Civitatis Castelli eiusque Comitatus territorii et districtus
ac incolis et habitatoribus eorundem absolutionem et liberationem ab omnibus et sin-
gulis rebellionibus maleficiis excessibus criminibus et delictis per ipsos vel aliquem
ipsorum quovis modo usque de tempore quo ad gratiam recepti fuerint per S.tem Domini nostri
sanctam matrem Ecclesiam et ipsius Ecclesie fideles officiales et subditos dictis factis
et perpetratis et si heresis aut lese maiestatis crimina saperent nec non ab omnibus
processibus bannis condemnationibus inquisitionibus accusationibus sententiis et censuris
spiritualibus et temporalibus factis latis inflictis et promulgatis a iure vel ab homine
contra Communitatem homines cives habitatores et incolas predictos et a quibuscumque mulctis et
penis qualitercumque occurrerint publicum interesse et Cameram aplicatam quas hactenus quomodolibet
incurrerit easque penas sententias mulctas processus et banna huiusmodi plenarie re-
mittet et tollet et cassari faciet a quibuscumque libris atque registris actuumque predictis
instantia cassari et aboleri faciet omnemque inhabilitatis et infamie maculam penitus abo-
lebit interdictumque ecclesiasticum quibus dicta Civitas et Comitatus et territorium et districtus et
loca supposita reperientur relaxabit ipsosque Communitatem homines habitatores et incolas ad iura
privilegia et indulta famam honores et bona et alia in statum pristinum in quo erant
ante quam premissa contingerent restituet et reintegrabit et cum clericis et presbiteris super irregu-
laritate occasione predicta contracta dispensabit in forma plenissima.

Item quod S.mus D. N. confirmabit quod Priores populi dicte Civitatis stabunt et habitabunt
in palatio prout solito et consueto cum Cancellario Capitaneo famulorum et cum familia
cum salariis et emolumentis consuetis et quod dicti Priores possint eligere et cassare dictos familiares
et familiam.

2v

Item quod omnia et singula statuta et ordinamenta leges et brevia artium artificum fraternitatis et Collegii Notariorum dicte Civitatis confirmabuntur et approbabuntur et pro approbatis haberi voluit Dummodo non sint contra ecclesiasticam libertatem statum D. N. pape et comodum ipsius Civitatis et que illa de novo fienda sint de consensu ipsius domini gubernatoris

Item quod Priores possint et valeant, eligere eorum consilium et consilia pro oris necessitatibus ipsius comunitatis cum licentia tamen ipsius Domini gubernatoris aut Locumtenentis ipsius Et quod dicti domini Priores cum consilio ipsius Civitatis possint expendere pro nuntiis et Ambasiatoribus et aliis necessariis ipsius Comunitatis usque in summam trecentorum florenorum quolibet anno

Item quod Conducta Medicorum et Magistrorum gramatice stent prout in preteritum steterunt

Item quod ipsa Civitas sit immediate subiecta Sanctissimo D. N. et gubernatori per ipsum eligendo nec intelligatur supposita alteri Legato qui ad provinciam mittetur

Item quod Offitiales ibidem positi sindicentur per Cives ipsius Civitatis eligendos per Dominum gubernatorem

Item quod Priores populi et Consiliarii arbitrii possint eligere potestates offitiales pro bellarum Dumnore Datorum et offitiales Custodie Cum similia et salariis consuetis de introitibus dicte Camere persolvendis cum hoc quod veniant in manibus gubernatoris qui pro tempore erit

Et predicta omnia et singula dicti Comissarii et Sindici ad invicem promiserunt et convenerunt et iuraverunt ad sancta dei evangelia scripturis corporaliter manu tactis attendere et observare et adimplere et non contra facere vel venire per se vel alium aliqua

3r

ratione modo vel causa dicere vel opponi videlicet dictus dominus Comissarius sub obligatione omnium bonorum et singulorum camere apostolice et dicti Sindici et Procuratores bonorum omnium et singulorum dicti comunis Civitatis Castelli sub pena decem milium florenorum applicanda docti parti observanti si contrafactum vel ventum fuerit in predictis vel aliquo predictorum que pena totiens et quotiens committatur et exigatur quotiens in aliquo premissorum fuerit contrafactum qua pena soluta vel non predicta omnia et singula firma perdurent et voluerunt de predictis possit confici unum et plura instrumenta

Acta fuerunt hec eugubii in contrada seu eugubina sita iuxta res dicte ecclesie una et alia latera Presentibus Magnifico domino Guidantonio Comite montis feretri Urbini et Bernardino Optaviani de Carda Capitaneo et Luca Iohannis de Serra et Antonio henrici de Urbino testibus vocatis habitis et rogatis etc.

Et ego Antonius [illegible] de Spoleto publicus imperiali auctoritate notarius et Iudex ordinarius et nunc notarius Camere apostolice predictis omnibus et singulis dum ordinarentur per dictos dominum Comissarium et Sindicos agerentur et fierent una cum prenominatis testibus interfui et ea omnia rogatus scribere scripsi et publicavi et signum meum apposui consuetum etc.

~~Martini~~ V.

Reperitur in exempla Tempore Eugenii Pape quarti infrascripta capitula videlicet

Item quod domini Priores populi dicte Civitatis habeant et habere debeant de introitibus ordinariis camere apostolice florenos trecentos per quolibet anno pro sumptibus imbasiatis et aliis occurentibus prout consuetum extitit tempore pape martini Pro quibus intelligantur deputati super gabella Carnium dicte Civitatis. Placet

N°. 61 - B

2) 1435

3v

Item quod placeat S. V. non imponere aut imponi facere per aliquos offitiales
aliquod onus ultra onera ordinaria Civibus et Comitatinis dicte Civitatis et
Comitatus ¶ Placet de onere non imponendo

Item quod placeat S. V. ut provideatur sumptibus postulatarum et obviatur
iniquitatibus rectorum qui per preteritum consueverunt et in nulla causa civili seu
criminali pendente seu que in futurum movebitur possit impetrari ut concedi
aliquod rescriptum sed procedatur secundum formam iuris et statutorum dicte
Civitatis ¶ Ordinabitur taliter cum gubernatoribus quod non cedent in rescriptis
ipsorum alias thesaurarius non solvet eis ut camerarius suis salarium.

Item quod quarta pars condemnationum latarum et ferendarum per offitiales
dicte Civitatis deputetur pro reparatione murorum et aliorum necessariorum dicte
Civitatis ¶ Placet de quarta

Item quod omnia et singula Statuta dicte Civitatis et Brevia artium observen-
tur per quemlibet rectorem dicte Civitatis ¶ Placet

Item quod elimosine consuete fieri fratribus mendicantibus fiant de introitibus
camere et similiter alie oblationes consuete et quod solvatur presbitero qui
dicat missam in palatio dominorum Priorum ¶ Placet

Ego Cristophorus episcopus Cervien. omnibus et singulis capitulis supra descriptis de mandato
S. D. N. pape manu propria subscripsi ut exinde observentur et ad eorum omnium
et singulorum fidem me subscripsi Anno Domini MCCCCXXXV Die XVIII mensis septembris
Pontificatus domini nostri anno quinto. C. Cervien.

42

N°61.C
1444

Infrascripte sut gratie & capla concessa comuni & poplo civitatis Castelli p S.mi D. N.
Eugenium Papam quartum secunda vice Rome post recuperationem Civitatis
occupate p Nicolaum piccininu ad supplicationem egregiorc virorc ser
Nicolai Jo. pery & s Bapte ser nigli sindicorc & oratoru cois, anno dni
cccc° xLiiij° indiction vij. die xxviiij° mensis marty tempore sui pontificatus

Item q dicta Civitas & poplus sit immediate subiectus S. D. N. & gubnatori q
pro tempore p S. D. N. deputando nec intelligatur esse subiecta alteri gubnatori ut legato qui ad
provinciam mitteretur : Placet

Item q Priores stent in palatio coe consueto cum Cancellario & Capitaneo
famulorum & cum familia salarys & emolumtis consuetis tempore dni martini
quinti persolvend de quibuscuq. primis introitibus camere & q Priores possit
cassare & remittere famulos & familia :

Salaria autem pdicta sut infrascripta q currere incipiat die prima Januarii
proxime pteriti. Ai. cccc° xLiiij

Salariu Dnorc Prioru & Notary imense — lbr 35 nesti
Salariu Camerary Camere — lbr 15
Salariu Cancellary cois — lbr 25
Salariu Capitanei famulorc et rugato — lbr 20
Salariu Notarior camere mensati — lbr 20
Salariu trium Tibicinu inmse — lbr 30

6v

Salariu quatuor Domicellorum ... lib. 3 ...

Salariu octo famulorum ... portinario ... lib. 95

Salariu duorum Campanariorum ... lib. 16.

Salariu quorundam quattuor ... lib. 1 ...

Et in alijs salarijs a comuni persolvetur consuetudo Civitatis. Placet S. mo D. N. Q. servetur in huiusmodi solutionibus consuetudo observata in anno 1439 et 1440.

Item quod dicta vestra Civitas est valde depauperata et eius Comitatus propter guerras et varias vexationes quod placeat S. V. in Comitatu nostro aliquod genus armorum hiemandi causa aut quomodolibet standi non mittere nisi necessitas occurrerit et urgeret pro qua easdem gentes a S. V. petere rogeremur. Placet S. mo D. N.

Item quod domini Priores populi predicti habeant et habere intelligantur et debeant de introitibus ordinarijs dicte Camere florenos trecentos quolibet anno pro nuntijs ambasiatis et alijs similibus necessitatibus comunis occurrentibus prout consuetum extitit tempore Domini martini pro quibus intelligatur dicta gabella Camere dicte Civitatis. Placet S. mo D. N.

Item placeat S. V. non imponere nec imponi facere per aliquos officiales aliquod onus ultra onera ordinaria Civibus et Comitatinis dicte Civitatis et Comitatus. Placet S. mo D. N.

Item quod quarta pars condemnationum latarum et fiendarum per officiales dicte Civitatis deputentur pro reparatione murorum et aliorum necessariorum dicte Civitatis. Placet S. mo D. N.

5r

Item de helimosine consuete fieri fratribus mendicantibus et alie oblationes fiat prout consuetum est de introitibus camere predicte. ℂ Placet S. D. N.

N°. 61-D

Creato 6. Marzo 1447 morì 24. Marzo 1455

Reperiuntur etiam inter capitula concessa dicte communitati tempore Pape Martini Nicolai quinti infrascripta capitula videlicet

Item intellexit illa communitas quod S.tas V. intendit submittere thesaurarium vestre civitatis Castelli thesaurario Perusino quare cum instantia supplicatur S.ti V. ut talis submissio non fiat ne hoc transiret in consuetudinem quod usque nunc numquam fuit supp. ℂ Placet S.mo D. N.

Item dignetur S.tas V. quod oblationes consuete tempore felicis recordationis Martini et Eugenii summorum pontificum predecessorum S. V. ecclesiis conventualibus videlicet S.te Marie servorum S.ti Augustini S.ti Dominici S.ti Francisci et aliis locis piis fiant de introitibus camere apostolice notificando quod non excedunt summam florenorum sexdecim pro quolibet anno. ℂ Placet S.mo D. N.

Item dignetur S.tas V. confirmare nobis capitulum per fe. re. Martini et Eugenii predecessorum predicte videlicet quod Magister gramatice habeat omnino nisi flor. nos quinque a camera apostolica quia ad presens a thesaurario non habet nisi quatuor. ℂ Placet S.mo D. N.

Item supplicatur similiter S.ti V. pro confirmatione capituli supra producta medici qui tempore supradicte re. Martini et consueverunt habere florenos centum et octo quo ius tempore guerre postea per inopia dicte camere reduximus ad dicta provi-

provisionem ad florenos sexaginta · et tanti solvit Thesaurarius V. S.tis ad presens.

¶ Placet de Octuaginta florenis ::

Item dignetur S.tas V. tenore presentis capituli Confirmare et adprobare omne ca
pitulum gratia et privilegium Comunitati predicte Concessum per quosque summos
Pontifices aut a quibuscumque alijs ab ipsis summis pontificibus autoritatem habentibus
sicut et queadmodum per S.tem V. alias per breve concessum fuit. ¶ Placet S.mo D. N.

P. Lunensis ::

Copia quorūdā Capitulorū
cū . S . D . N .
Martino . V° .
Eugenio . 4° .
Nicolao . V° .

Hic sunt omnia privilegia
Civitatis .

1419
1435
1444
1449

20
15
100
0

n36

6v